



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vita Et Doctrina Christi Domini

More, Henry

Antverpiae, 1649

XIII. Vitis vera. Io. 15. Pars 3.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56545](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56545)

XIII.

Vitis vera. Io. 15. Pars 3.

In vigilia
SS. Simonis
& Iuda.

1. **E**GO sum vitis ¹ vera, & Pater meus ² agricola est. Beatus qui huic viti insertus, huic etiam agricolæ se totum committit, ei que cooperatur putanti, colenti, purganti: *omnem enim* (inquit) *palmitem in me non ferentem fructum,* ³ *tollet eum,* & *omnem qui fert fructum,* ⁴ *purgabit eum ut fructum plus afferat. Iam vos mundi* ⁵ *estis, propter sermonem quem locutus sum vobis, fide creditum, opere servatum;* ⁶ *manete in me & ego in vobis:* nam sicut palmes non ⁸ potest ferre fructum, & c.

In vigilia
SS. Apostolorum.

2. Sequitur altera dignitas Discipulorum Christi, *Vos* ¹ *amici mei estis, si feceritis quæ ego precipio vobis.* quis non ambiret? O inenarrabilis misericordia! Inimicos & infinito interuallo distantes hos amicos & facit & vocat; quid igitur pati non debeamus? pro amicitia hominum sepe periclitamur, & c.) Chrysof. hom. 25. in ep. ad Hebr. *Vos dixi amicos, quia omnia* ² *quæcumque vidi à Pa-*
tre

tre meo nota feci vobis: quasi dicat, Quod meum erat feci, vt vos & facerem & ostenderem amicos, vos facite quod vestrum est; & eò magis quò non vos³ me elegistis, sed ego elegi vos, vt eatis (id est proficiatis vel etiam proficiiscamini) & ⁴fructum afferatis multiplicem; & ³fructus vester maneat vobis ad coronam, mihi & vobis ad æternā gloriam, vt ⁶quodcumque petieritis Patrem in nomine meo det vobis.

3. Dignitas tertia: non esse de mundo. In fāsto SS. do, si de mundo fuissetis, mūdus quod suum Simonis & erat diligeret, quia verò de mundo non estis, Iudæ. propterea odit vos mundus. Et addit incitamenta ad odium istud desiderandum; ¹priorem me odio habuit; ²non est seruus maior Domino suo; hac ³omnia faciens propter nomen meum; ⁴quia nesciunt eum qui misit me. Vide vt id quod sequitur nunquam in te conueniat, si non venissem & locutus fuisssem eis, si opera non fecissem qua nemo alius fecit peccatum non haberent; nunc autem excusationem non habent. ” Omnia quæ in anima habemus & corpore, &c.) Th. à Kemp. l. 3. c. 22. n. 2.